

Joan. 2.

rinusibi, inde colligit Propheta, quia Deus fit solus, quia ipse solus facit miracula. Inde miracula, seu miracula sunt signa divinitatis, sic & Joannes de miraculo in nuptiis Cana: Hoc fecit initium signorum Jesus in cana Galilee cap. 2, n. 11. & de miraculis Christi, ait ei Nicodemus, Nemo potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo Joan. 3, num. 2. Noster D. Cyrillus Alexandrinus ibi: Talia signa, seu miracula a solo Deo veniunt, & inde miracula sunt divinitatis signa. Loquens Christus D. de caelesti pane, Quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus, Joan. 6, num. 27. Graecus legit: Hunc Pater sigillavit Deus. Illud Hunc, ad filium refertur, ut suo loco dixi ex D. Chryostomo, Euthymio, Theophylacto, D. Thoma, D. Bonaventura, id est hunc filium suum Aeternum Patrem, operibus, ac miraculis, quibusdam sigillis demonstravit, ac distinguit a ceteris hominibus, ut filium suum, ac Salvatorem mundi; miracula sunt tanquam sigilla divinitatis, ut docet D. Thomas 3, part. quast. 43, art. 1. Sigillum apud nos est tanquam signum, seu stigma, quo res agnoscitur ut alicujus certae personae distincta a ceteris: sic & miracula sunt sigilla divinae omnipotentiae, quo ejus divina virtus in tali facto, seu opere agnoscitur, ut suum opus, & nullius alterius.

Joan. 3.

Joan. 6.

Chryost. Euthym. Theophyl. D. Thom. D. Bonav.

Gracus. D. Thom.

4.

Joan. 5.

D. Chryl.

D. August.

D. Chryl.

5.

D. August.

Joan. 6.

6.

1. Reg. 4. 9ap. 7.

ad excellentiam miraculi maxime pertinet, quod celeriter, ac confestim fiat, sic & Christus, ordinarie loquendo, miracula operabatur, sic ad vocem Christi filius viduae Naim surgit vivus, & coepit loqui. Luc. 7, n. 15. sic & Petrus sanans claudum ad portam templi dicitur Actor. 3, num. 7. & apprehensa manu ejus dextera allevari eum: & protinus consolidata sunt bases ejus, & planta. Expende illud protinus, Syriacus in momento, Recte D. Basilus in Plal. 115, expendens vocem Petri Surge, & ambula, Sic ait Sanctus Doctor: Hanc vocem per Spiritum, dicto ocyus, efficacia operis consecuta est. Et hoc miraculi argumentum celeritas in operando.

Et quamvis ad praestantiam miraculi maxime pertineat, quod confestim, & indilate, ac veluti in momento fiat, non tamen id semper contingit ob altos divinae Providentiae fines, sed paulatim, ac sentim, Cecus a Christo D. curatus, primam vidit homines ambulantes ut arbores Marc. 8, num. 24. non discernens homines ab arboribus, quemadmodum qui procul hominem vident tanquam molem, lineamenta non distinguunt. Causa fortassis fuit, ut ubi dixi, quia Christus suam potentiam moderatos est ob ceci fidem nondum perfectam; sic & Petrus dum ad vocem Christi firmiter credit, ambulat super mare, cum vento valido insurgente dubitat, coepit mergi, Matth. 14, num. 3, ut paulatim beneficii, quod ei conferebatur ex virtute Christi, pluris faceret; sic & parens meus Elias ut puerum suscitaret, expandit se, atque mensus est super puerum tribus, Reg. 17, n. 21. sic & Elias, ut suscitaret puerum, oscitavit, puer septies, & aperuit oculos ejus 4, Reg. 4, num. 15, sic & Apostolus Paulus ut mortuum suscitaret, Incubuit super eum, & complexus est Actor. 20, num. 10, ardentissimo charitatis vinculo, & Naaman, dum septies lavatus in Jordano a lepra mundatur 4, Reg. 5, n. 14. Sic & multi alii.

In miraculis istis agnoscendis maxime consideranda est, ut cum communi sententia notat Suar. de fide, disp. 3, sect. 3, num. 9. Diuturnitas effectus, ac perseverantia in opere, quae est efficax veritatis indicium; nam quae arte sunt cito evanescent, mors Lazari bene probata est per quatuor, dies, & ejus vita cum postea per multos annos fuerit Episcopus Massiliensis, Paralytici bene demonstratur infirmitas, cum in ea steterit per triginta, & octo annos, & ejus sanitas, dum tollit grabatum & ambulat, & postea invenit in templo, Joan. 5, num. 12.

Ad vocem Josue: Stetit Sol in medio caeli, & non festinavit occumbere spatio unius diei, Josue 10, num. 12, de quo agens Ecclesiast. 49, num. 5, ait: Una dies, tanquam duo, ut ibi notant expositores Lyan, Abulens, Corn. & alii, quod juxta computum nostrae Europae, in qua dies sunt duodecim horarum stetit sol spatio unius diei, id est spatio duodecim horarum, & alia dies habuit viginti quatuor horas, & ut ipsi Auctores advertunt in Palestina dies sunt majores, scilicet quatuordecim, vel quindecim horarum, stetit ergo Sol spatio quatuordecim, vel quindecim horarum, & illa dies habuit viginti octo vel triginta horas. Ad quid

Luc. 7.

Actor. 3.

Syriacus. D. Basil.

8.

Marc. 8.

Matth. 14.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

Actor. 20.

9.

Suar.

Joan. 11.

10.

Josue. 10.

Eccles. 49.

Lyan.

Abulens.

Cornel.

Serarius. D. August.

11. Joan. 5.

Actor. 3.

Eccles. 48.

D. August.

12.

13.

Actor. 3.

quid ergo tam accurate explicat Scriptura tempus, quo Sol in suo cursu fixo sistit pede? Ad quid insuper tempus, quo stetit nobis declaratur? Notat Serarius in Josue citato loco, q. 2, s. D. Augustino lib. 21 de Civit. c. 8, quod Castor & alii dixerunt caelestia luminaria per breve morulam naturaliter posse in suo cursu stare, ac sistere, inde Scriptura divino afflata explicat tempus, quo Sol stetit, quod non fuit brevi morula, nec una vel altera hora, sed quatuordecim, vel quindecim horis, ut persistencia, ac perseverantia. Solis in uno loco, veritas miraculi sit comprobata, & omnis contraria suspicio procul abigatur.

Ad evidentiam miraculi non sufficit unus vel alter actus, sed requiritur multiplex actus, sic Paralyticus sanatus ambulat portans lectulum & postea invenitur in templo, ut supra dixi. Claudus sanatus a D. Petro in portico templi, introivit cum eo in templo, ambulans & exiliens. Actor. 3, num. 18. praegaudio multipliciter saltans gressus dabat. De Magno Parente Elia ait Ecclesiasticus 48, n. 3. Dejecit de caelo ignem ter, & sic amplifatus est Elias in mirabilibus suis. Vatablus in miraculis suis. Ad hoc dicitur, quod dejecit de caelo ignem ter, & si semel dejecisset ignem nonne fat erat, ut diceretur magnus, ac praeclarus in miraculis suis. D. August. de mirabilibus Sacrae Scripturae, ait: Ter publicatur ignis eceus, ut divina virtus clarescat. Res valde magna est, quod ignis a caelo descendat, nonne fat erat, quod hoc semel fieret, ut divina virtus claresceret. Ad quid requiritur trina emissio? Si semel ignis descenderet ad vocem Eliae, diceretur hoc factum casu, vel naturaliter, at verum cum sit semel, iterum ac tertio, non casu, nec naturaliter, sed divina virtute factum demonstratur, ut divina virtus clarescat.

Hic tamen advertendum est, quod dum quis pro sua infirmitate Christum Dominum, vel Beatam Virginem deprecatur, & se sanum invenit, illa talis salus miraculosa reputatur: nam quamvis fieri poterat, quod ibi morbus faceret terminum, tamen salus quae per causas secundas venit, ut perfecta sit valde lento gradu & morose fit, Multis praeviis dispositionibus antecedentibus, quae multum temporis spatium requirunt, ut si quis viride lignum in ignem injiciat, non statim formam ignis recipit, sed prius praecedant quam plurimae dispositiones siccitatis, caloris, & aliarum & postea succedit ignis forma; sic & sanitas naturalis antecedentibus dispositionibus, sensim venit. Paulatim febris remittitur paulatimque, manus digiti, v. g. incipiunt extendi. Et esto ibi & nunc in hoc temporis momento, naturaliter morbus remittatur, tamen corporis membra, ut arteriae, venae ex illo pravo humore manent offensa, debiles, ac extenuatae, ut suas rectas, expeditae operationes, non valeant exercere; v. g. si quis patiat unum symptomata, vulgo Accidentia. Cum ab illo expeditur, non statim in rectas, & consuetae actiones prodire possit, sed interposito aliquo tempore; quod subito tantum miraculose fit; inde miraculum sanati Claudii a D. Petro maxime clarescit, quod ingressus sit cum illis Petro, & Joanne in templum statim ambulans, exiliens & laudans Deum. Actorum 3, num. 8. Sylvara Opuscula.

quod si esset sanitas naturalis, fieri non poterat sola illa, quae est a Deo, breviter, & non multa temporis mora fit; etsi aliquando ob altos Divinae sapientiae fines sensim veniat, tamen non multum immoratur, sed cito & velociter fit. Ait Christus Dominus Centurioni, dum pro suo servo deprecatur. Vade sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora. Matth. 8, num. 13. Chaldaeus habet, in illo momento Divus Chryostomus homil. 27, apud Divum Thomam ait, Ubi velocitatem admirare, neque enim solum curare, sed inopinatum, & in momento temporis, hoc facere, virtutem Christi ostendebat. Deinde illa simulas imperii Christi cum sanitate, hic & nunc divinam virtutem declarat, ut docet Divus Augustinus serm. 6.

Notandum est ex communi doctrina Theologorum, quod miraculum in duplici differentia potest considerari, vel est miraculum secundum esse vel secundum dici. Miraculum secundum esse tunc datur, quando subiectum nullam habet potentiam, nec activitatem, nec proportionem ad actum, verbi gratia, si hic calamus meus modo loquatur modulate canter & compositè saltus der, cum calamus nullam habeat potentiam nec activitatem ad tales actus, est miraculum secundum esse, quia divina virtus dat illi potentiam ad illa operanda. Aliud dicitur miraculum secundum dici, quando scilicet subiectum habet potentiam & activitatem ad actum, datur tamen impedimentum in arteriis & musculis, verbi gratia, caecus habet potentiam ad videndum, datur tamen impedimentum in organo visus; Claudus habet pedem ad ambulandum, est tamen obstaculum in arteriis, ac nervis.

QUESTIO II.

Ex multiplici sine miracula a Deo fiunt.

SUMMARIUM.

- 14 Nullus intellectus potest explicare Dei miracula, ac miracula.
- 15 Miracula necessaria ad fidem Christi predicandam, in quo erant completa omnia Prophetarum oracula.
- 16 Miracula Apostolorum, ac discipulorum ad eorum predicationem firmandam.
- 17 Miracula Christi, ac ejus discipulorum fuerunt vera.
- 18 Talia miracula non fuerunt facta virtute naturali.
- 19 Talia miracula non fuerunt facta, arte daemonis, & num. 20.
- 20 Deus saepe facit miracula in bonum servorum suorum, & etiam in poenam iniquorum.
- 21 Miracula fiunt aliquando a Deo in confirmationem alicujus veritatis.
- 22 Deus saepe facit miracula ad honorandos, ac nobilitandos servos suos in oculis aliorum.
- 23 Deus facit miracula per sacras imagines.



ut maxime sunt in honore, ac veneratione.

14. Psalm. 107.

It Regius Vates Psalm. 107. num. 2. Quis loquetur potentias Domini auditas faciet omnes laudationes. Chaldaicus legit, Omnes fortitudines ejus. Quod ad miracula refert Euthymius; Et auditas faciet laudes ejus, id est, ut explicat ipse Chaldaeus, quia potest tot ejus mirabilia declarare, annuntiare, cum in numero, majestate, ac magnitudine excedat omnem intellectum creatum, quomodo ergo etiam intellectus ipse poterit aliquid de eis dicere.

15.

Primò Miracula fuerunt necessaria ad fidem Christi introducendam, ac predicandam in toto orbe, per Jesum Christum filium Dei Caput nostrum, ac per ejus Apostolos. Ideo cum Baptista mitteret discipulos, ut hanc veritatem ex Christi ore discerent, responsurum acceperunt: Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur. Matth. 11. num. 7. ac si diceret, ea miracula facio, quæ tanquam signa evidentia Prophetæ prædixerunt de vero Messia: de quo Isaias ait cap. 35. num. 35. Deus ipse veniet, & salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mulierum. Et ut præclare notarunt D. Justinus Martyr in Dialogo cum Tripitone, Et D. Athanasius de Verbi Incarnatione; & D. Ambrosius in cap. Luc. 7. quia licet aliquis Prophetæ fecisset aliquod miraculum, nullus tamen fecit hæc omnia simul, nisi solus Jesus Christus filius Dei unde optime ait D. Ambr. citatus, Argumentum Messia ejus miracula. Et ideo Christus Dominus dixit Joan. 15. n. 4. Si non venissem & opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatam non haberent; at nunc exconsationem non habent de peccato suo.

16.

Sic, & necesse fuit ad prædicandam, ac introducendam fidem Christi in orbem, ut ejus Apostoli, ac discipuli facerent miracula, inde ait Christus Dominus suis Apostolis, Matth. 10. num. 78. Euntes predicare, dicentes quia appropinquavit regnum caelorum, infirmos curate, mortuos suscitare, leprosis mundate, demones ejicite. Sic ait Apostolus 2. Corinth. 12. num. 12. Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. Et idem ait de cæteris Apostolis, Hebræor. 2. num. 3 & 4. Et quod hæc signa ad fidem Christi plantandam fuerint necessaria, latè docent Tertullianus de Præscript. Hæretic. cap. 10. D. Irenæus lib. cap. 56. & 57. D. Augustinus lib. 13. contra Faustum, cap. 6 & lib. 22. de Civitate, cap. 8. ubi ait, Miracula fuisse necessaria, ut mundus crederet.

17.

Nec potest dici, ut Pagani dixerunt, & refert Origenes lib. 1. contra ipsos, miracula illa Christi non fuisse vera, sed contra, Judæi quamvis dicerent quod in potestate demonis illa faciebat, nunquam tamen ausi sunt dicere, miracula non fuisse vera: nam verè mortui erant suscitati, cæci videbant, leprosi mundabantur, & esto ex abundantia admittatur, ut præclare argumentatur Divus Augustinus lib. 22. de Civitate, cap. 5. Si per Apostolos Christi, ut eis crederetur, miracula

18.

facta esse non credunt, hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod terrarum orbis sine miraculis credidit. Nullum sane majus miraculum, quam quod fides Crucifixi Christi. 1. Corinth. 1. num. 23. sine ullo miraculo, nec prodigio subjeceret, totum orbem, Reges, Principes, Sapientes, & Philosophos, prædicata ac promulgata per homines pauperes, ignobiles, & sine literis, nisi tantum efficacia suæ veritatis omnia ad se adducere, nullum sane majus miraculum cogitari potest.

19.

Nec potest dici Christi miracula, ac Apostolorum facta fuisse virtute, & industria demonis, ut Judæi blasphemio, & impio ore dixerunt. Matth. 12. num. 24. & etiam Pagani ut inferunt D. Augustinus lib. 22. de Civitate, cap. 8. Origenes lib. 2. contra Celsum, qui magicis artibus Christi miracula tribuebant: nam quamvis demones optime agnoscant rerum naturas occultas, & inde aliqua operentur super naturæ vires, quæ applicando activa passivis nobis videntur miracula, quo pacto magi Pharaonis aquas veterunt in sanguinem, & alia mirabilia fecerunt. Exod. 7. tali applicatione rerum possunt aliqua infirmitates sanari tamen nulla industria, ac arte demonis possunt fieri aliqua, quæ Christus fecit; nulla enim demonis arte fieri potest, ut mortui suscitentur, & quod cæcus à nativitate visum recipiat, quæ tamen Christus fecit. Deinde si arte demonis possunt aliqua infirmitates sanari, hoc est applicatione aliquarum rerum, & aliquali mora, at Christus frequenter miracula operabatur in instanti, & sola voce, & imperio.

20.

Deinde Christus Dominus faciebat in confirmationem suæ doctrinæ, quæ prædicabat, appropinquasse regnum caelorum, se esse verum Messiam, ac filium Dei, se suscitaturus Lazarum. Joan. 11. num. 42. dixit, Pater gratias tibi ago, &c. propter populum, qui circumstant, hæc dixi ut credant, quia tu me misisti. Quæ etiam doctrina sua Christus docebat omnes beatitudines paupertatis mansuetudinis, puritatis

21.

puritatis, humilitatis, omnesque virtutes, ac justitias, quibus omne regnum diaboli, omneque ejus insidias, ac machinationes destruantur, ac dissipantur. Nunquid Satanas in se ipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus. Luc. 11. num. 17. Quomodo fieri potest quod diabolus faciat miracula ad confirmandam doctrinam, in sui ruinam, ac desolationem, ergo Christi miracula, Apostolorum, ac discipulorum ejus solum erant facta divina virtute, ad plantandam sanctam Christi fidem, ad salutem animarum, ac destructionem diaboli, hanc plenariam potestatem ad confirmationem fidei dedit Christus Dominus suis Apostolis ac eorum nomine Prædicatoribus Evangelicis, ut jam dixi supra in hac quæst. num. 16. & patet ex multis aliis locis. Luc. 14. n. 1. Marc. 16. n. 17.

22.

Secundò sunt etiam miracula à Deo in salutem, & bonum servorum suorum, & ut etiam iniqui, & mali per ea puniantur. Sic & tot signa, ac prodigia in Aegypto, ut habes à cap. 7. & deinceps in bonum, & salutem Israël à Deo facta sunt. Et ut etiam per illa obduratio, ac iniquitas Pharaonis, ac Aegyptiorum puniretur, ut notat Theodoretus ad c. 7. Exodi vers. 11. ad illa verba: devoravit virga Aaron sic ait ille, Mutabam illi, scilicet Magi, Virgas, in serpentes, sed virga Moysi in sanguinem sed sanguinem in priorem naturam reducere non poterant: produxerunt illi ranas, sed molestias, & incommoda ranarum Aegyptiis, auferre non poterant, sicut fecit Moyses. Concessit itaque Deus magis talia facere, ut etiam per ipsos castigaret Aegyptios: non tamen concessit eis, ut illatam plagam auferre possent, non ergo fuit contentus Deus plagis à Moysè illatis, sed etiam per Magos adauxit, ac si Regi diceretur, quia puniri te delectat, tuorum etiam servorum opera & te castigabo, & gravius plebam.

23.

Tertio, sunt etiam à Deo ad confirmationem alicujus virtutis, seu rei missa ab eo, sic ait Divus Gregorius lib. 27. Moral. cap. 8. Miracula sunt in defectum probationis, & sunt auxilium humane rationis, ut mens nostra assentiat alicui veritati, & ideo miracula sunt sæpè ad diversas veritates confirmandas, sic ut filii Israël crederent Moysen à Deo missum ad eorum libertatem, dat Deus ei potestatem ad faciendam multa miracula. Exod. 4. à num. 1. ut Pharaon, & Aegyptii agnoscerent Moysen à Deo missum, ut educeret populum de eorum potestate, dat Deus ei amplam facultatem ad multa prodigia edenda. Exod. 7. à num. 3. Sic Gedeoni, ut certus fieret de victoria consequenda, dat Deus multa signa in vellere. Judic. 6. num. 36. Ad confirmationem, quod Elias erat vir Dei, & partes Dei agebat, descendit ignis de caelo, 4. Regum 1. num. 10. sic & in signum salutis Regis Ezechie, datur ei regressus solis, 4. Reg. cap. 20. num. 10.

24.

Quarto, sæpè Dei potentia operantur miracula ad honorandos, ac nobilitandos servos suos. Postquam Parens meus Sanctus Elias suscitavit filium mulieris Sareothane, ait ipsa ad illum, Nunc in isto cognovi, quoniam vir Dei es tu, 3. Reg. 17. num. 24. nam etiam mulier Sareothane.

Luc. 11.

litter antea habuisset magnam opinionem de sanctitate Eliæ, tamen per hoc miraculum, quod Deus per ipsum est operatus, in multo majori æstimatione est habitus: ait ibi Abulensis quæst. 38. ut cum molier reputaret, tanquam maximum omnium Prophetarum. Et ut ipse Deus ait: Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum, 1. Regum 2. num. 30. Chaldaeus legit, sicut & Hebræus, Honorantes me honorabo. Sanctus Sixtus Papa epistola de malis Doctoribus, qui honorificaverint me honorificabo eos. Quæ verba tractans D. Paschalis lib. 9. in Matth. ait: Quicumque glorificaverit me suis operibus glorificabo eum meis donis. Dominus Deus multum abundans in misericordia, ac miseratione, qui cum honorant, ac glorificant suis operibus, virtutibus, ac meritis, doctrina etiam, & prædicatione eum ipse honorat, ac glorificat suis donis divinæ gratiæ sanctificantis, & etiam gratiarum, ac miraculorum, ut luceant eorum opera coram hominibus, ut glorificent Patrem, qui est in caelis, ac etiam ipsos ministris, per quos dignatus est tot, & tanta mirabilia operari.

Luc. 14.

Marc. 16.

21.

Pro Sacris Imaginibus.

Theodot.

Hac de causa, Deus multa mirabilia, ac miracula operatur per sacras Imagines Christi Domini, Beatissimæ Virginis Mariæ, ac Sanctorum, quia in ipsis prototypon representatur, ut docet Ecclesia ab ejus exordio, & maxime à 7 Synodo Generali act. 7. & frequenter per omnia Concilia. Et tandem Tridentinum; sess. 25. docent, Imaginibus debitum honorem, & venerationem impertiendam, non quod credatur in eis inesse aliqua Divinitas, propter quam sint colenda, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refert ad prototypa, quæ representant quia ut docet Doctorissimus Episcopus Joannes Aechius lib. 2. contra Lutherum. Inde Deus dignatur, multa, & magna mirabilia per sacras Imagines edere, tum ad firmandum cultum, & venerationem eis debitum, ut docet Sancta Ecclesia Catholica; tum etiam ad manifestanda præclarissima merita Christi, Deiparæ, ac Sanctorum, cum ob eorum Imagines; ac representationes tot miracula quotidie fiunt; tum ut homines excitentur, ac permoveantur ad ipsas sacras Imagines honorandas, ac venerandas, & sic sæpè vidimus ob miracula facta ab aliqua sacra Imagine magna templa ædificari magnaque dona ei offerri, ac multa passim frequentia revereri.

22.

D. Gregor.

Quomodo vera miracula agnoscenda, & distinguenda sint ab his, quæ fiunt virtute & pacto Demonis?

Exod. 4.

Exod. 7.

Judic. 6.

4. Reg.

4. Reg. 20.

23.

Quomodo vera miracula agnoscenda, & distinguenda sint ab his, quæ fiunt virtute & pacto Demonis?

Judic. 6.

4. Reg.

4. Reg. 20.

24.

Quomodo vera miracula agnoscenda, & distinguenda sint ab his, quæ fiunt virtute & pacto Demonis?

25.

Divina virtute, ac arte Demonis fiunt aliqua similia.

QUESTIO III.

Quomodo vera miracula agnoscenda, & distinguenda sint ab his, quæ fiunt virtute & pacto Demonis?

SUMMARIUM.

Divina virtute, ac arte Demonis fiunt aliqua similia.